

ARITHMETICAE  
LIBER SECUNDUS.  
DE ARITHMETICA  
COMPARATIVA.

CAPUT I.

*De proportione in genere & eius Regula Aurea.*

Comparativa Arithmetica est, quæ numerorum docet rationem in differentiis & rationibus.

*In hac parte non simplex illa numeri ratio quæ superius fuit spectatur: sed numerus hic cum numero confertur, & quæ inter comparatos numeros est affectio differentia scilicet vel ratio consideratur.*

Differentia est comparatio quantum terminus differt à termino & subtractione cognoscitur: ut

*Differentia 2 ad 3 est unitas, 3 ad 5 est binarius, sic in continua numerorum serie 3, 6, 9, differentia eadem est ubiq; 3.*

Ratio est comparatio quoties terminus in termino continetur & divisione cognoscitur.

*Sic*